

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Müller, Ph. J.]: Ornatissimus Juvenes Fecht. Gerwig. Obermüller. Ring.
Frank. 1789

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

Ornatissimos Juvenes

Techt. Gerwig. Obermüller

Ring. Frank.

Ph. J. Müller An. M. D. C. C. C. L. XXXIX.

ex Societate his verbis dimisit.

14 Wz 89

Christlicher Brevier
1666. 1667. 1668.
1669. 1670. 1671.

1672. 1673. 1674.
1675. 1676. 1677.

Leg
p
Quod
et
et con
omnia
dilige
fieri
Luce
prob
amor
p
h
qu
f
anim
et

Ergo mox ad exteras Musas exituri
 postremo hic adestis, amicissimi Societates!
 Quod fere solum officium nunc nobis relictum
 est, Directoris gravissimi Societatumque jussu
 et consensu, libens exequer. Aequum ante
 omnia existimamus, modestiae, humanitatis
 diligentiae, et vitae bene actae publice vobis
 ferri testimonium. Quibus rebus et vos
 Directori gravissimo omnibusque bonis ad-
 probastis et aequalibus in exemplum et
 admonitionem profuistis, et futuri temporis
 prospectibus vestris et felicitati egregie consu-
 bastis. Neque enim dubitandum est,
 quorum apud nos ingenia praestantis-
 simis doctrinis culta et excolita, quorumque
 animi saluberrimis praeceptis imbuti sunt,
 eos in dies genuinae et liberalis doctrinae

fructibus cumulatiores omnique genere
 laudum florentiores existuros. Ea sunt
 quae in discessu vestro quamvis acerbos
 lactendi congratulandiue amplam
 praebent materiam. Vostro imprimis
 affectui erga vos tantum hoc, ut
 aperte provideamur, ex quo ad utili-
 simae hujus sodalitatis commercium
 nos ceteri accessimus, cujus benefici-
 etiam partem ad Vos referimus, hac
 similitudine et conjunctione studiorum
 quae sunt in Vobis adultiora, haud
 leviter nos quoque adiutos fuisse.

Una versabamur literas bonas nosque
 invicem amantes, et Directoris nostri
 pariter omnes grate ac pie reverentiam
 influentis formandisque mentibus
 nostris intenti, studiorum successu lactis
 nec ullius rei praeter sapientiae

virtutisque bona aemuli. Utinam fiant
 haec nobis munera perpetua. Superest votum
~~ex~~ inno animo expromptum. Agite iam res
 vestras omnes felicissime. Secundus omnis
 intelligentiae auctor Deus et fons eum,
 qui nunc vobis propositus est studiorum
 progressus. Prosperet supremus ille fatis
 arbiter coepta vestra atque consilia ac
 bene institutis largiatur facilem opta-
 tumque eventum. Tueatur Vos adversus
 quaeque humanam vitam saepe trans-
 currentia inprimisque iuventae infiti-
 antia mala. Lenique habete quod peti-
 mus. Quoquo humana fors Vos avertit
 grata memoria prosequemini eos
 qui ingenia vestra foverunt aluerunt
 instruserunt. Colite et diligite, qui
 amore Vos et studia vestra complexi

funt: felicitate vestra, velut operae
 suae pulcherimo praemio lactaturos.
 Et nos ne finite memoria Vobis effluat,
 qui corpore vultuque amato, animis
 certa praesentes Nos retinebimus.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]